JULIJ CAPONI

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
NECNON
JURISCONSULTI NEAPOLITANI,
ac Comitis Palatini;

DISCEPTATIONUM FORENSIUM,

ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM.

Pluribus in Caſibus Deciſarum,

NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT

TOMUS PRIMUS.

LUGDUNI,
Sumptibus GUILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXXVII.

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

CONSENTEMENT DU PROCUREUR du Roy.

JE conſens pour le Roy, qu'il ſoit permis à Sieurs JEAN-ANTOINE HUGUETAN & GUILLAUME BARBIER, cy-devant aſſociez d'imprimer le livre intitulé *Caponi Diſceptationes Forenſes*, & que les defences leur ſoient accordées pour trois années. A Lyon, le 13. Juillet 1676.

DE VAGINAY.

PERMISSION.

SOit fait ſuivant les concluſions du Procureur du Roy, les jour & an que deſſus.

DESEVE.

IVLII CAPONI PHILOSOPHI, THEOLOGI, AC IVRECONSVLTI Neapolitani, Comitiſque Palatini

DISCEPTATIONES FORENSES,

Eccleſiaſticæ, Ciuiles & Morales, pluribus in caſibus deciſæ.

DISCEPTATIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*

2 *Beneficiati tenentur edere Bullas ſuorum beneficiorum.*

3 *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine Canonica inſtitutione obtineri.*

4 *Fructus beneficiorum non canonicè poſſeſſorum, cadunt ſub ſpolio.*

5 *Regula eſt nullum cogi oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*

6 *Ampliatur Concluſio, quâ diximus beneficiatos edere teneri bullas.*

7 *Beneficiatus tenetur edere bullas etiam ad petitionem Patroni.*

8 *Regula de triennali an proſit beneficiatis, vt non oſtendant titulos.*

9 *Beneficiati tenentur oſtendere Inſtrumenta, & Inuentaria ſuorum iurium.*

10 *Beneficiatus tenetur oſtendere titulum diſpenſationis ſuper incompatibilitate.*

11 *Titulorum petitio etiam per libellum generalem fieri poteſt.*

12 *Titulus redolens ad non titulum exhiberi debet.*

13 *Beneficiatus capiens poſſeſſionem beneficij literis non expeditis, dicitur intruſus.*

14 *Beneficiatus capiens poſſeſſionem ante literarum expeditionem eſt intruſus, quod declaratur.*

15 *Beneficia impetrata vt certo modo vacantia, non ſeruata Bulla Pauli III. non dant titulum.*

16 *Beneficia vacantia per priuationem, non poſſunt conferri conſanguineis &c. Conferentis, & an procedat in Iurepatronatus, num. 17.*

17 *Magiſter actorum Curiæ venit appellatione familiaris Epiſcopi. Et affertur caſus acciſus.*

18 *Beneficia reſeruata, vel affecta conferuntur à ſolo Papa.*

19 *Fructus beneficiorum vacantium Cameræ debentur, & à quo tempore.*

20 *Fructus beneficiorum reſignatorum non facta publicatione, quando Cameræ debeantur.*

21 *Publicatio beneficij reſignati infra quod tempus fieri debeat?*

22 *Collatio beneficij reſignati in manibus Ordinarij quando fieri debeat?*

23 *Tempus publicationis in beneficiis currit à die datæ, non à die præſtiti conſenſus.*

24 *Camera Apoſtolica non habet intereſſe in beneficiis curatis, qui non deferunt habitum, & tonſuram.*

25 *Camera Apoſtolica non habet intereſſe in fructibus beneficiorum quando non receperunt Beneficiati Officium.*

26 *Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum, non poſſunt retineri.*

27 *Beneficia vacant per aſſumptionem ad Epiſcopatum ipſo iure, & de ſtylo Curiæ Romanæ etiam non accepta poſſeſſione, non tamen vacant per promotionem ad Epiſcopatum titularem. Penſiones autem vacant adepta poſſeſſione: per Cardinalatum vacant beneficia quæ requirunt reſidentiam, per aſſumptionem ad Papatum, non vacant penſiones.*

28 *Ordinarij procedentes ex officio cogere poſſunt ad titulos: ſecus ſi faciant ſe partes.*

29 *Titulum non tenentur oſtendere, qui beneficium habent ab eodem Ordinario.*

30 *Beneficiatus, qui diu ſtetit in beneficio non tenetur oſtendere titulum.*

31 *Quantum tempus requiratur vt non teneatur oſtendere titulum beneficiatus.*

32 *Ordinarij probare poſſunt negatiuam, quando beneficiati non tenentur edere titulum.*